

Wd
1011



32,5

I

IV
Q
T
P

D



32.50

Wd
104

MEMORIAM. IMMORTALEM
 SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI
DOMINI
FRIEDERICI. II

Gotha

DVCIS. SAXONIAE
 IVLIACI. CLIVIAE. AC. MONTIVM. ANGRIAE
 QVOQVE. ET. VVESTPHALIAE. LANDGRAFII
 THVRINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE. COMITIS
 PRINCIPALI. DIGNITATE. HENNEBERGICI. CO
 MITIS. MARCHIAE. ET. RAVENSBERGAE. DY
 NASTAE. RAVENSTEINI. ET
 TONNAE
 DOMINI. QVONDAM. NOSTRI. CLEMENTIS
 SIMI. PATRIS. PATRIAE. OPTIMI

D. X. K. AL. APRILIS. clo lxxx xxxiii

DIE. QVIPPE. EMORTVALI

SERMONI. PANEGYRICO

AVDITA. POST. MERID. H. II

IN. MAIORI. ILL. GYMNASII. FRIEDERICI. AVDITORIO. RECOLENDAM

INDICIT

MAECENATES. SVMMOS
 CVRATORES. GYMNASII. GRAVISSIMOS
 FAVTORES. REI. SCHOLASTICAE. EXOPTATISSIMOS
 VT. OFFICIO. LVCTVOSISSIMI. DIEI. INTERESSE. VELINT

DEMISSE. OBSERVANTERQVE
ROGITAT

M. IO. GOTFRIDVS. MOERLINVS

ILL. GYMNASII. FRIEDERICI. DIRECTOR

ALTENBURGI

LITTERIS. IOANNIS. LVDOVICI. RICHTERI. TYPOGR. AVL



1898



Annus est, quum SERENISSIMVS. PRINCEPS. AC. DOMI
 NVS. DOMINVS. **FRIEDERICVS. II**
 DVX. SAXONIAE. IVLIACI. CLIVIAE. AC. MONTIVM
 ANGRIAE. QVOQVE. ET. VVESTPHALIAE. LANDGRA
 FIVS. THVRINGIAE. MARCHIO. MISNIAE. COMES. PRIN
 CIPALI. DIGNITATE. HENNEBERGICVS. COMES. MARCHIAE. ET
 RAVENSBERGAE. DYNASTA. RAVENSTEINI. ET. TONNAE. DO
 MINVS. NOSTER. QVOAD. VIXIT. CLEMENTISSIMVS familiare suis
 virtutibus caelum petiit, id quod tristi quidem & sollicita recordatione, sed
 maiori veritatis consensu de eo adfirmamus, quam de Diuo suo Claudio
 in adulationem praeeptus Trebellius Pollio. (a) Digna amplissimis ad poste
 ritatem monumentis tanta vita est Principis, in quo magnorum Principum bo
 nae sic fuerunt, vt non ab aliis exemplum caperet, sed, etiamsi illi non fuissent,
 hic ceteris reliquisset exemplum, vt iterum Pollionis vtar in re vera praeco
 nio. Digna proinde etiam luctuosissimi illius diei, qui tam praeclarae finem
 vitae attulit, est memoria, quam lugentes moerentesque recolamus, posteris
 que recolendam commendemus. Illud igitur iam agens, vt marmoreis alio
 rum monumentis, nostrum etiam, lateritium quidem, adiungam, pauca
 quaedam de fide monumentorum se pulcralium historica, programmati loco
 sum praemisurus. Recte Tacitus (b) *detur hoc, inquit, illustrium virorum poste
 ritati, vt quomodo exequiis a promiscua sepultura separantur; ita in traditione supre
 morum accipiant habeantque propriam memoriam:* ad quam conseruandam mo
 nimenta titulosque sepulcrales non parum conferre, Augustinus (c) docet:
*non ob aliud vel memoriae vel monumenta dicuntur, quae insignita sunt sepulcra mor
 tuorum, nisi quia eos, qui viuentium oculis morte subtrahunt, ne oblivione etiam
 cordibus subtrahantur, in memoriam reuocant & admonendo faciunt cogitari,* vnde
 etiam propter vias publicas erigi olim consueuerant, cuius rei fidem facit Ni
 col. Bergierius (d) hoc epitaphio, suspecto tamen Henninio (e)

T. LOLLIVS. T. LOLLII. MASCVLVS
 IIII VIR. BONDICOMENSIS
 HIC. PROPTER. VIAM. POSITVS
 VT. DICANT. PRAETEREVNTES
 LOLLI. VALE

Vetres

(a) TREBELL. POLLIO in vita Diui Claudii. c. XII. (b) TACITVS. Annal. L. XVI. c. 16. (c) AV
 GVSTINVS de cura pro mortuis. c. 4. (d) NICOL. BERGIERIVS de publicis & militaribus
 Imperii Romani viis L. II. sect. 34. apud Graeuium Thel. Ant. Rom. T. X. p. 182. (e) HENR. CHR
 HENNINIUS in notis ad Bergierium apud Graeuium A. R. T. X. p. 692.

Veteres quidem Germani in hoc iusto negligentiores parumque solliciti, quam diu posteritati interessent suae, titulis omnino abstinebant: sepulcrum cespes erigebat, monumentorum arduum & operosum honorem, ut grauem defunctis aspernabantur teste, Tacito. (f) Postquam autem litteris haec gens excolta ad humanitatem est perducta, tantum in monumentis erigendis posuit studii, ut omnium fere nationum sollicitudinem non aequauerit modo, sed paene etiam sit supergressa. Differunt autem monumenta a sepulcris, Pitisco (g) iudice sic, ut monumentum generaliter denotet rem memoriae causa in posterum proditam, sepulcrum vero locum in quem, corpus vel reliquiae inferantur. Quanquam apud Latinos scriptores etiam monumenta pro ipsius sepulcris occurrere deprehendimus. Sin vero nihil inferretur, Graeci dixerunt ^{μη εχει νεκρο} quasi sepulcrum inane, quod etiam sepulcrum honorarium non male dixeris, ex Bergierio: (h) Exemplo est Aeneas, qui tantam sibi conciliauerat hominum benevolentiam, ut postquam inter mortales esse desisset, multis in locis monumentis decoratus sit, & sepulcris honorariis, Dionysio (i) teste. Duo haec loci potissimum spectanda veniunt, inscriptiones & symbola: de structura enim, quae varia fuit, cuius respectu Bergierius (k) sepulcra facit alia maxima & magnifica, Regum, Principum & illustrium, alia mediocria ditiorum & honestioris loci & patricii aut equestris ordinis hominum, alia humilia & minora vulgi & plebeciorum, longum foret dicere. Inscriptiones siue epitaphia vel prola fiebant vel versa oratione vel vtraque: requisitum erat breuitas; argumentum: defuncti notitia. Et breuitatem quidem quod attinet, Platonis (l) hoc est consilium: Lapidem non maiores debere superstrui, quam qui possint, defuncti laudes quatuor solum heroicis comprehendere versibus, ad quam mensuram compositum erat illud Pacuuii poetae veteris verecundissimum apud Gellium (m)

*Adolescens, tamen estsi properas, hoc te saxum rogat,
Vtci se adspicias: deinde quod scriptu' est legas.
Hic sunt poetae Marcei Pacuuii sita
Ossa, hoc volebamnescius ne esses. Vale.*

Bergierius (n) quinque sepulcralium epigrammatum genera constituit, quibus nos quidem sextum adiungimus ex eodem autore. Primum genus est eorum quibus defuncti nomen, vitae aetas definita per annos, menses, dies, emortalisque dies continentur v. g. VIX. ANN. XIX. M. II. D. IX. HO RAS. SCIT. NEMO alterum eorum, quae doloris commiserationisque sunt plena, tertium encomiasticum, quartum ioculare & ridiculum, quintum infame & ignominiosum, quibus omnibus defuncti nomen erat adscriptum. Sextum genus erat sententiosum, omisso defuncti cuius memoriae sacrum esset, nomine v. g. NVLLI. PRAECLVSA. EST. VIRTVS. OMNIBVS. PATET NON. QVAERIT. DONVM. NON. CENSVM. SED. NVDO. HOMINE CONTENTA. EST. Haec de inscriptionibus haecenus. Sequitur vt de symbolis pauca quaedam adiungam. Haec non antiquis magis, quam nostris temporibus vsitata quis ignorat? Diogenis Cynici tumulo canem insculptum

A 2

(f) TACITVS de moribus Germ. c. 27. (g) PITISCVS. Lex. Ant. Rom. T. II. p. 224. (h) BERGIE RIVS. l. c. (i) DIONYSIVS. HALLCARN. Ant. R. l. i. (A) BERGIERIVS. l. c. lect. 35 - 38. (l) PLATO de Legibus Dial. XII. (m) GELLIVS n. 2. L. I. 24. (n) BERGIERIVS l. c. lect. 39.

ptum fuisse, cognominis huic Laërtius (o) testatur: *Ἰατρικὸς τῆ ἀσπὴ νέου, καὶ τῷ ἀσπὴ ἄλλο πρῶτα νέου*, quo ipso sectam huius Philosophi denotatam fuisse iudicat Menagius (p) qui simul duo in eum adducit epigrammata, quorum alterum graecum est incerti poetae, alterum Aufonii latinum: illud in Anthologia L. III. exstat his verbis:

*Κῆρ, Κῆρ, τίς ἐσθ' ἄρα ἐστὶν ἄλλοθεν
τῷ Κῆρ; Ἄλλ' ἔτι ἐν Κῆρ, ἄρα ἴσως;
Διόγενε' ἴσως ἐστὶ Σικανός, ὃς μὴδ' ἴσως.
Καὶ μάλα νῦν ἐν Κῆρ, ἀσπὴν ἴσως, ἔστι.*

hoc autem ita fluit:

Dic, Canis, hic cuius tumulus? Canis. At Canis hic quis?

Diogenes. Obiit? Non obiit, sed abiit.

Diogenes; cui pera penus; cui dolia sedes;

Ad Manes abiit? Cerberus ire vetat.

Quonam igitur? clari flagrat qua stella Leonis,

Additus est iust ac nunc Canis Erigonae.

Sic Isocratis etiam septem cubitorum Siren in sepulcro posita efficacissima symbolum eloquentiae comparuit ad indicandam eius in dicendo iucunditatem suavitatemque (q) *ἡλιανὴ περιμάτῳ καὶ λόγῳ τῶν ἀπαγογῶν Σαίρων ἡλιανὴν consuetudo nimirum obtinuit poematum & orationum in persuadendo efficaciam Siren ad simulare* (r) vnde & Valerius Cato apud Suetonium (s) Latina Siren dicitur.

Cato Grammaticus Latina Siren

Qui solus legit ac facit poetas.

Idem Sophocli honor obtigit in cuius monumento vel Siren vel hirundo vel luscinia, variant enim testimonia, conspicienda fuit. Insculpebant quippe etiam, nec inscribebant tantum sepulcris veteres, si quid alicui praeclare in vita esset gestum, cuiusmodi illa fuit species, ad quam Nero, quum adnotasset insculptum monumento militem Gallum ab equite Romano oppressum trahi crinibus exsiluit gaudio. (t) Simili ratione Christianorum etiam moribus, fidei, pietatis, iustitiae, spei, simulacra, symbolorum loco sepulcralibus monumentis addi consueuisse nostra declarant conditoria. Miram circa haec omnia, vt integra ad posteros transmitteretur memoria adhibuit sollicitudinem antiquitas: sic enim Cicero (v) docet, morem a maioribus traditum esse, vt monumenta maiorum ita suorum quisque defendat, vt ea ne ornari quidem nomine alieno sinat. Immo vero ne reficere quidem licuit sine Pontificum decreto, id quod vetus lapis Romae declarat apud Guttherium. (x) T. AELIVS. SENTINIANVS. PETIT. A. PONTIFICES, VT SIBI PERMITTERENT. REIFICERE. N. MONVMENTVM, IVRIS SVI hinc vt eo maiorem ad posteros haberent fidem, de quibusdam cautum erat, vt neque vendere neque donare, neque alienum inferre liceret: SI QVIS. HOC. SEPVLCRVM. VEL. MONVMENTVM. CVM. AEDIFICIO. VNIVERSO. POST. OBITVM. MEVM. VENDERE. VEL. DONARE. VOLVERIT. VEL. CORPVS. ALIENVM. INVEHERE. VELIT DABIT, POENAE. NOMINE. ARCAE. PONTIFICVM. HS. C. ET. CVI DONA

(o) DIOGENES. LAERTIVS L. VI. segm. 78. (p) AEGIDIVS. MENAGIVS obs. in Diog. Laërt. L. VI. segm. 78. (q) MENAGIVS l. c. (r) PAVSANIAS Attic. p. 19. (s) SVETONIVS de Illust. Grammat. C. XI. (t) SVETONIVS in Nerone Claudio C. 41. & PITIVS ad h. l. (v) CICERO in Verrem L. IV. C. 36. (x) IACOBVS GVTHERRIVS de veteri Iure Pontificio. L. II. C. 9. apud Graevium A. R. T. V. p. 97.

DONATVM. VEL. VENDITVM. FVERIT. EADEM. POENA. TENE
 BITVR. Ex quibus omnibus hoc quidem proclue erit intellectu multa nos ad
 fidem monumentorum sepulcralium probabiliter argumentari posse adhibita
 tamen cautione & diligentia, quum multa sint, quae nos fallant probabilitate
 magna. Saepe enim post longam temporum intercapedinem a posteritate
 eriguntur, vnde etiam si vera continere possint, tamen ad fidem facien-
 dam non admitti solent. VVitekindi primi ex Ducibus Saxoniae qui Chri-
 sto nomen dedit, exanclatis vitae humanae molestiis seculo nono Angriae in
 collegio ab ipso instituto compositum esse corpus credimus, inde autem secu-
 lo XV Herefordiam translatum, Monumenta Paderbornensia testantur, quo-
 rum non vltimum est illud VVitekindi, in quo, quum Rex Saxonum sit scri-
 ptus, quod etiam arripuerunt nonnulli hanc dignitatem adferturi, non ma-
 le adnotarunt eruditi, recentius esse monumentum, & propterea parum ad
 rem confirmandam momenti adferre. (y) In errorem etiam lectores saepe
 abducere potest nomen in cippis occurrentium similitudo, quod Patauini
 accidisse constat in sepulcro Liuii cuiusdam quem historicum illum ce-
 leberrimum putauerunt, ex monumento quodam in quo cistam plumbeam
 osibus repletam inuenerant, hoc epitaphio ornatam

V. F.
 T. LIVIVS
 LIVIAE. T. F.
 QVARTAE. L
 HALYS
 CONCORDIALIS
 PATAVI
 SIBI. ET. SVIS
 OMNIBVS

cui hos subiecerunt Patauini versus:

*Ossa tuumque caput ciues tibi, maxime Liuii
 Prompto animo hic omnes composuere tibi.*

*Tu famam aeternam Romae patriaeque dedisti,
 Hinc oriens, illi, fortia facta canens.*

*At tibi dat patria haec, & si maiora liceret,
 Hoc toto stares aureus ipse loco.*

errorem primus detexit Marqu. Gudius docuitque inscriptionem non respi-
 cere Liuium historicum, sed quendam filiae Titi Liuii libertum teste Bierlingio.
 (z.) Solet & hoc saepenumero accidere, vt forte in sepulcrum prima specie
 non indignam obseruatu incidentes, coniecturis suis nimium tribuant eru-
 diti viri, corrasisque operose omnibus in explicando defudantes multa
 quidem lectu & iucunda & digna in medium adferant, ipsam tamen rem acu
 neutiquam attingant, interim etiam obseruata sibi quaedam adfirmant, quae
 alii, omnem licet oculorum intendentes aciem vestigare non possunt. In
*Zacyntho insula Venetorum, quae adiacet Epiro, in mari Ionio Anno M D XLIII
 Kl. Decembr. apud Sacellum D. Mariae Gratiolae cognomento, non longe a litore maris
 positum, F. Angelus Apulus Minorita, dum construendi Monasterii fundamenta
 effoderet, sepulcrum antiquissimum reperit, his literis inscriptum.* M. TVLLI
 B CICERO

(y) Conf. illustr. Clafey Kern der Geschichte des Hohen Churs und Fürstl. Hauses zu Sachsen
 p. 15 & 19 qui tamen aientem tuetur sententiam p. 20. 21. (z) BIERLINGIVS Comment. de
 Pyrrhonismo historico c. 4. p. 247. not. z. confer omnino MISSIONII Itiner. Ep. 15. figuram exhibet
 ROGISSART. Anmutigkeiten in Italien. p. 102.

CICERO HAV. ET. TV. TERTIA ANTONIA. *Quod quidem ex hac vetusta inscriptione, ostenditur fuisse M. T. C. Arpinatis civis Romani, verba sunt Lignaminei (aa) qui, ut fidem huic monumento conciliaret, multus est in coniecturis, crediturus, libertos & seruos accepisse cadauer & combussisse, mox conscendisse nauem ad nauigandum paratam cum cineribus ipsius, & forsitan vxore & aliis propinquis & amicis ex timore bellorum ciuiliu Zacynthum insulam in ipso nauigationis cursu adpulsisse. Ibi que a L. Lania & ceteris qui aderant amicis venerandos illos cineres, humi conditos fuisse. Deinde M. Ciceronis filium in memoriam patris, cum in Italiam rediret, monumentum hoc pro ea copia, quae Zacynthi erat, faciendum curasse. Affatim profecto coniecturarum de sepulcro Ciceronis! Non desunt tamen, quibus subleste videantur fidei, quorum vel princeps est Franciscus Fabricius (bb) qui, hoc monumentum, inquit, ibi in sacrario templi adseruatur & Ciceronis esse, putatur; verum in huiusmodi rebus mihi Epicharmi cantilenam illam ^{reputat} *in aurem stramque insusurrari facile patior*, cui calculus adicit Gronouius Verburgio teste, (cc) *Ecne Fabricius; cuius prudentiam confirmat Cl. Iac. Sponius in Itinerario, cuius haec verba merentur adscribi:* Au dessus de la ville en allant a la fortressé, il ya une Eglise appellée S. Helie, ou selon que quelques uns ont écrit on avoit trouvé le tombeau de Ciceron et de Tertia Antonia sa femme; mais je n'y remarquay, autre chose, qu'un fond d'urne de porphyre, et je ne pus apprendre aucune nouvelle du reste. Transferuntur etiam interdum monumenta sepulcralia veteresque varias ob causas migrare quasi iubentur coloni vel cum ipsis epitaphiis, vel his tantum propter aliquam necessitatem alio transmissis. Illius exemplum suppeditat Mullerus (dd) ad annum 1613. In diesem Jahr ist Land Graf Friedrichs mit dem Bischof in Thüringen Fürstl. Körper nebst andern Fürstl. Leichen von dannen auf die Bestung Grimmenstein zu Anrichtung eines ewigen Erbbegräbnisses der Land Grafen zu Thüringen gebracht, alleine nach derselben Zerstörung einstweilen in das alte Gieß-Haus daselbst beygesetzt, von dar aber nebst seinen Leichenstein nach Reinhardts Brunn abgeführt, und in dem Kloster daselbst anderweit beerdiget worden, quodsi igitur eorum aliquis qui defuncti cuiusdam supremo officio ipsimet interfuerunt, monumentum etiam statui suis spectarunt oculis, in litteras retulerit hoc vel illo loco sepultum, posteritas vero sepulcralem memoriam alibi locorum deprehendat, quis est qui non intelligat in eiusmodi monumentorum repugnantia neque temere adfirmandum esse aliquid, neque negandum. Immo vero monumentorum a sepulcris interdum etiam fit sciunctio, ut iterum ab illis ad haec non liceat concludere. Nonnunquam ex industria obliterata requietorii notitia, auertendae vel iniuriae vel superstitionis ergo. Quantum olim ad tumulum Elisabethae Ludouici Sancti Thuringiae Landgrafi coniugis Marpurgi hominum factus sit concursus, historia satis superque docet, dispulsis autem papatus tenebris ad cohi-*

LIBRARIUS
ORAS (aa) F. DESYDERIVS. LIGAMINEVS. PATAVINVS de facie sepulcri M. T. Ciceronis paucis ante annis in Zacyntho insula reperti apud illustr. STRVVIVM in Bibliotheca Libror. rar. Theca I. p. 147. seqq. (bb) FRANCISCVS. FABRICIVS. MARCO DVTRANVS in M. TVLLII HISTORIA per Consules descripta. (cc) I. S. VERBURGIVS Operum Ciceronis. T. I. p. m. 134. (dd) Johann Sebastian Müllers Annales p. 273.

cohibendam superstitionem pristinam, operis Damasceni panno serico inuolutas corporis reliquias ex sepulcro depromtas, & ignoto loco in aede sacra conditas, VVinckelmannus (ee) testatur. Aliquando temporis rerum edacis iniuria corrumpuntur, literisque paene exolefcentibus scripta, vel arduam de sententia sollicitis facessunt operam vel industriam omnino fallunt monumenta, quod ipsum etiam ciues Diogenis Cynici, statuis aereis quibus defunctum honorarunt inscripisse tradit Laertius (ff) Epistola ad *Aera etiam absunt tempus.* Noua oritur ex honorariorum cum veris sepulcris confusione difficultas, eaque tanto maior, quanto interdum in vtramque partem speciosiora adferuntur. Serenissimi FRIEDERICI BELLICOSI reliquias Altenburgum esse dixit suas, Misena vendicat, Reinhardisbornae alii, VVittenbergae Abrahamus Hermandus adferunt (gg) quarum sententiarum tertiam & quartam licet deseruerint cruditi, primam tamen & secundam vtrinque impugnant. Altenburgi tumulatum cum multi testantur, tum inprimis inscriptio quaedam, Lipsiae in aede D. Paulo, sacra septentrionem versus, quam adducit venerabilis Freibergensium Ephorus VVilischius (hh) illustris nostri Friedericiani tum Director FRIDERICVS. I. BELLICOSVS. E. MARCH MISN. PRIMVS. DVX. SAX. ELECTOR. ACADEM. LIPS. CVM. FRIDER. VVILHELMO. FVNDATOR. OBIT. M. CCCC. XXIIIX. NON. IAN. ALTENBURGI. IBIDEM TVMVLATVS, quam quidem, absenti quippe, oculis subicere quum non detur, alii cognoscent qualibus sit scripta litteris. Si iis scripta est, quae monachorum vocantur, nae insignem antiquitatis seculique sui speciem praefert, sin quadratis Romanis multo recentiore ortus sui aetatem spirat. Testantur vero etiam complures alii, Fabritius, Spangenbergius, Reusnerus, Dresserus, Albitius, Mentzius, Schneiderus, quos omnes adducit curiosissimus antiquitatum Altenburgensium indagator Sagittarius (ii) de Gymnasio nostro & Ecclesia Christi quoad vixit optime meritus, Idem ipse adfirmat Sagittarius (kk) quod equidem miror, ingenuae confusus, me non satis perspicacem, in adsequenda causa, qua adductus eorum, quae antea, anno clo lcc LXXIII exemplum renuntiationis ad Serenissimum Electorem Saxoniae Io. Georgium II. de vero Friderici Bellicosi apud Misenenfes sepulcro VVolffg. Casp. Klengelii nactus, ad firmauerat, retractationem suscepit. Langius, Albinus, Hortlederus, at, in quanta nomina! quorum itidem apud Sagittarium extat mentio (ll) Misenaepatrocinantur, quibus addo Peccensteinium, Dorotheum Ascianum & Tenzelium. Asciani autem tanto grauius est testimonium, diplomatis quippe in tabularis reuerendissimi Capituli Misenenfis adseruati fide suffultum, quanto facilius, gratiosissimo apud Serenissimum flectorem Iohannem Georgium II. Ecclesiaeque Cathedralis Concionatori inspiciendi facultas. Est ille D. Matth.

B 2

Zim-

(ee) Winckelmann in der Beschreibung Hesses/Landes. (ff) DIOGENES. LAERTIVS L. VI. fegm. 78. (gg) M.P.M.SAGITTARIVS in Dissert. de locis sepulcralibus ser. familiae VVitkindae ab excessu Ottonis Diuitis apud ill. STRVVIVM Biblioth. libr. rar Theca I. p. 98. 99. (hh) VVILISCHIVS in Programme scripto die xiv. Dec. clo lccc xxviii. de illustribus Principum Saxoniorum Catacumbis quae sunt in Aede Aulica D. Georgio olim sacra. (ii) SAGITTARIVS in Programme ad audiendam orationem de Friderici Bellicosi loco sepulcrali, Danielis Richteri Dresdensis Prid. Eid. Mart. clo lccc xxliii. (kk) Dissert. de Loc. sepulcr. p. p. Altcnb. viii. Kl. Apr. clo lcc LXXIX. pridie quam recoleret memoriam diei emortualis Patrie Patriae quondam indulgentissimi ERNESTI. PII. (ll) In Programme ad Orationem de Friderici Bellicosi loco sepulcrali.

Zimmermannus natione Vngarus, Ecclesiarum tractus Misnensis quondam Episcopus, ^{in de hystoria} (quem vero nomine confidenter adpello, inspicendum nactus librum, ex quo postea plura adferam, cui haec inscripta sunt: Summo THEOLOGO Magnifico, Dno. D. Abrahamo Calouio, in Chro. PATRI mittit Author D. Matth. Zimmermann.) Adscititio autem, quo vsus est citabo nomine (*mm*) cuius haec sunt verba: *Haec originalia debemus Reuerendissimo Capitulo M. quod contra aliquos historicos, certos nos quoque e Archivo reddit Fridericum Electorem, Bellicosum dictum, non Aldeburgi, sed Misnae in Capella Ducum sepultum esse. Originale sub dat. 1446. d. 10. April est.*

„Johannes DEi gratia Episcopus Misnensis, vniuersis & singulis fidelibus praesentibus & futuris in rei memoriam sempiternam. Ad magnitudinem Pontificalis sacerdotii Deo prouidente licet immeriti sublimati, in vita nostra Domum Dei fulcire, & ipsius decorem diligere tanto accuratius intendimus, quanto ex huiusmodi iusti inueniri, & in tempore iracundie firmiter reconciliari credimus, & speramus. Sane magnificus Princeps Dominus Fridericus clare memorie quondam Sacri Roman. Imperii Archi-Marschallus Saxonie Dux & Marchio Misnensis, Capellam nouam Ecclesiae nostrae Misnensi Cathedrali contiguam, ad honorem Dei omnipotentis, suaeque Matris gloriosissimae Virginis Mariae, in sue progenitorumque & successorum heredum suorum animarum salutem & remedium peccatorum, sub speciali tamen typo & nomine trium regum ac omnium sanctorum splendide instaurare, eligere, fundare, atque dotare pro affectu proposuit, atque concepit, & post multos sollicitos tractatus, nobiscum & capitulo nostro Misnensi de huiusmodi suo sancto proposito habitos Deo volente viam vniuersae carnis est ingressus. Tamen illustres principes Dominus Fridericus Sacri Romani Imperii Archi - Marschallus & VVilhelmus fratres, heredes, & successores ipsius illustrissimi Saxonie Duces, Landgrauii Thuringie & Marchiones Misnenses instauracioni ereccioni ac fundacioni premisse fauorabiliter inclinati volentes huiusmodi sanctum progenitorum Christianorum propositum in finem deducere optatum suas literas patentes, Sigillis eorum & Capitulo nostri preacti maioribus roboratas cum solempni nuncio ad nos destinauerunt. Quarum tenor de verbo ad verbum sequitur & talis est: In dem Namen Gottes, Amen. Wann die schieckunge unde wercke die in Ziten gescheen, unde menschlicher Gebrechlichkeit vorgenglich ist &c. Nimis prolixae sunt hae literae haec adieciisse modo sufficet. Als der hochgeborne Fürste unser lieber Herr, unde Vater clarer Gedechtenisse, Herr Friederich etwan Herzog zu Sachsen, eine neue Capelle us unserm Slosse Misßen, an die Kirchen an mittel vrende, dorynne er liphastig begraben lyt, seiner unde seiner eltern unde vorsehren Selen zu troste unde Seligkeit von newens gestiftet erhoben, unde aufgerichtet hat, auch bis an sein ende in meinunge was diese Capelle mit Priestern unde Korschulern, Gotedem allmächtigen zu Lobe und zu Eren der Hymnels Könige der reynen jnnefrauen Marien redelichen und ordelichen zu bestelen,

(*mm*) DOROTHEVS. ASCIANVS in *Monibus Pietatis Romanensibus historice, canonice, theologice detectis*, aut si mauis, in *Miscellaneis curiosis theologici, canonici, historici*, hic epim alter est titulus, *Neruo Septimo*, qui inscribitur. *Sanctitas affectata* p. 654. s. 657. s. 174.

len, &c. &c. Wann wir mit beide von deme oben genannten unserm lieben Herren
 unde Vater unser natürlich Leben haben genommen unde us ihm sind entsprossen.
 So ist billich unde zeimpt sich wol, daß wir solche obgerurte seine Inuige unde gute
 meynung als vil an uns ist vollbrynge, uf daß er in guten willen ewiglichen lebe,
 der Liphlichen ist vorschieden. Davon so haben wir friedrich unde Wilhelm gebu-
 dere, obgenannten dem allmächtigen Gott zu lob und zu eren der Himmel Kö-
 ninginn der reynen Jungfrauen Marien unde sunderlichen den heiligen dreien Köni-
 gen Hauptherren der Capellen, unde allen Gotes heiligen zu troste unde seligkeit
 des vorbenannten unsers liben herrn unde Vaters auch unser liben Frauen unde
 Mutter, unde Heinrichs unsers liben bruders seligen die in derselben Capellen Lip-
 hastig bey unsern lieben Herren unde Vater seligen begraben sind unde aller unser
 Vorektern Seelen uns auch selbst dieweyl wir noch am leben sind zu troste unser
 Seelen so wir von hymnen scheiden mit rate unser Graven, Herren unde liben
 getreuen heymelichen zu merunge des vilgenandten unsers liben Herren unde
 Vaters seliger Stifftunge in der oftgenandten Capellen einen nymen altar zu
 den Hauptern des grabes, unsir liben Herren und Vaters. Frauen unde Mut-
 ter seligen machen, unde demselben altar in der eren sente Annen, sent Victors
 und sente Mauricii der heiligen Nerterer wyhen lassen, daruffe eine ewige messe die
 vor die toten unde lebendigen zu ewigen gezeiten tegelichen soll gesungen unde gele-
 sen werden, gestiftet. Et multis interiectis: diße Stifftunge zu einem ewigen
 Gedechniße unde warer urkunde haben wir Herzog friedrich unsir mayestet,
 unde wir Herzog Wilhelm unsir eigen insiegel vor uns unsir Erben, unde erbne-
 men, mit guten wifen an diesen Brif lassen hengen. Unde wir Thumprobist, Le-
 schend unde das gemeine Capitel der uffgenanten Kirchen zu Mißen, bekennen
 einhellighen in diesen ussen Briffe &c. &c. daß solche der Capellen stiftunge der
 Siben gezyhte ze ze. mit unserm wifen unde guten willen &c. &c. gestift unde ge-
 ordnet sind. &c. &c. Gegeben zu Mißen.

Originale Germanicum separatim extat. Sub dat. 1445. die post fest.
 Kilian, vbi itidem haec verba extant: Als der Hochgebohrne Furste unser lieber
 Herr und Vater clarer gedechtniße herr friedrich etwan Herzog zu Sachsen. etc.
 eine nymen Capelle uf unsern flosse Mißen an die Kirche ant mittel rurende,
 darynne er Liphastig begraben lyt etc. etc. davon so haben wir friedrich unde
 Wilhelm gebudere obgenandten dem allmechtigen Gott zu lobe, und zu eren der
 Himmel Koninginne der reynen Jungfrauen Marien, und etc. etc. concordant
 cum superiori originali per totum, des vorbenannten unsers liben Herren unde
 Vaters, auch unser liben Frauen unde Mutter, unde Heinrichs unsers liben Bru-
 ders seligen, di in derselben Capellen liphastig bie unsern lieben Herren und
 Vater seligen begraben sind etc. etc. dieser Stifftunge ze. caetera omnia iterum
 concordant cum superioribus. Aliud ORIGINALALE habetur sub dat. 1445. 19. Jul.
 De mutatione cantus, vt § sub -- Id. Decembr. tempore Concil. Basileensis. Haec occa-
 sionaliter pro recreatione Lectoris curiosi, qui acre forsan non feret seriem horum
 originalium. Haetenus Ascianus. Accedit tumulus in medio facello, reliquos
 supereminens, eleuatus paululum § artificiose clathro circumdatus prout eum de-
 scripfit Starckius (m) Accedit inscriptio ANNO. DNI. M. CCCC. XXVIII
 DNICA. PROXIMA. POST. CIRCVMCISIONIS. OBIIT. ILLVSTR
 PNCEPS. ET. DNS. DNS. FRIEDERICVS. DVX. SAXONIAE. SAC. RO
 IMPER. ARCHIMARSCHALL. THVR. LANDGRAVIVS. MARCHIO
 C MIS

(m) IO. CHRISTIAN. STARCK Misenensis in oratione de Conditorio ser. El. ac Duc. Saxon. Mi-
 senensi habita Lipsiae d. 18. Iun. cl. lxx.

FK 97d 1011
MISENENS. HI. †. SEPULTVS. CVIVS. ANIMA. REQVIESCAT. IN
PACE. Accedit etiam testimonium Architectonis Saxoniae Klengelii, qui
iussu Serenissimi Electoris Ioh. Georg. II. d. VII. Octobr. clo lxxxviii. tumu-
lo aperto reliquias augusti corporis scrutatus reperit, cuius verba integra ad-
iecit Sagittarius. (oo) Equidem fateor, leue iis, si per se spectentur ad proban-
dum id, quod in quaestionem venerat, inesse pondus, nihilque declarare aliud,
quam reperta esse hominis in tumulo, qui Friderici Bellicosi dicitur, ossa:
quise enim post ducentos & quadraginta annos de mortuo pronuntiare au-
deat illud Andromaches apud Virgilium *Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat:*
Collata autem cum diplomatibus filiorum, qui haut dubie scire potuerunt,
quis locus patris ossa habeat, quae terra tegat, eo validus rem videntur pro-
bare. Adesse enim harum litterarum memorias atque in tabulariis Misenen-
sibus custodiri nemo negauerit. Si quis etiam coniectura velit augurari con-
fictas a clericis hominibus filiisque subiectas esse; tum illud quidem factum
esse nullus adfirmauerim temere, fieri potuisse non audacter negauerim, gnarus
quippe, sedis Romanae lucro deuotos, religioni non duxisse diplomata fingen-
do, addendo, detrahendo pro re nata corrumpere, cuius rei illustre exemplum,
vt reliqua praeteream, adfert Cel. LIEBIVS (pp) ex quo illud adparet, mo-
nachos coenobii in monte Altenburgi nostri eo fraudulentiae progressos, vt
integros septem versus apographo cuidam, contra fidem diplomatis idio-
graphi inseruerint. Sed ab iis quae in aliquibus fieri potuerunt, interdum
etiam vere facta sunt, ad reliqua, ne probabilis quidem est consequentia. Ex
his omnibus efficitur illud, vt intelligatur, vel Misenae esse sepulcrum Frie-
derici primi Saxoniae Electoris honorarium, vel Altenburgi fuisse. Solicite
inquisui, & quae sunt in aede sacra arci contigua, curiosos perlostrauis oculis
monimenta, in primis illud, VVilhelmi conditoris, idque eo studiosius feci,
quod in programme Sagittarii legeram, *voluisse Fridericum VVilhelmo fra-*
tri, cuius sepulcrum, ante, monumentum, iuxta, aram pone versus conspicit-
tur, *non in vita solum, sed morte etiam adlaterari,* verum ne vestigium quidem
reperi, nisi forte in nauí Ecclesiae subfelliis contectum laterit illud Frie-
derici Bellicosí sepulcrum. Compertum habeo, iussisse SERENISSIMVM
FRIEDERICVM. II. monimenta inuestigari omnia, describique, vt veneran-
dorum quibus incluta vrbs gaudet, integra ad posteritatem depositorum me-
moria conseruaretur. Morte autem expectatione citius praeuentus, vno,
eoque efficacissimo adfictis relicto solamine, quod S. VI. SIMILEM id est
OPTIMVM. FILIVM. SUCCESSOREM reliquisset, rebus humanis erep-
tus est DNICA. LAETARE. SVIS. INLAETABILI. D. X. KAL. APR.
clo lxxxii. NATVS. ANNOS. LV. MENS. VII. HEBD. III. ALTENBUR
GO. GOTHAM. TRANSLATVS. PRID. KAL. APRILES. OCVLIS. SVB
TRACTVS. NON. ANIMIS Cui post annale tempus ipsa die emortuali ho-
ra post meridiem II. supremam nomine totius Gymnasii immortalibus Diuo
Principi obligati meritis persoluturus pietatem, panegyricum latini sermonis
memoriae Optimi quondam Patris patriae sacrum sum dicturus. Ad quem
audiendum, Maecenates musarum, Curatores Gymnasii, fautores rei litte-
rariae maximos, grauissimos, honoratissimos qua par est pietate atque
obseruantia inuito. P. P. Altenburgi. D. X. Kal. Apr. clo lxxxiii.

(oo) SAGITTARIVS in Programme iam citato.
Leuchteren Lebens-Beschreibung p. 41-44.

(pp) Zufällige Nachlese zu *Zeitricks des Herzogs*

N
ii
r-
d-
n-
d-
:
r-
v-
t-
o-
i-
n-
m
us
n-
n,
o-
vt
o-
m
x
e-
te
lis
ci,
ci-
m
le-
M
n-
e-
o,
eft
re-
R,
R
VB
o-
uo
nis
em
te-
ci
E

WD 18

ULB Halle 3
007 443 625




32.50

Wd
1011

MEMORIAM. IMMORTALEM SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI DOMINI

Gotha



B.I.G.

Farbkarte #13

FRIEDERICI. II

CIS. SAXONIAE
AE. AC. MONTIVM. ANGRIAE
VVESTPHALIAE. LANDGRAFII
LARCHIONIS. MISNIAE. COMITIS
GNITATE. HENNEBERGICI. CO
IAE. ET. RAVENSBERGAE. DY
LE. RAVENSTEINII. ET
TONNAE
NDAM. NOSTRI. CLEMENTIS
TRIS. PATRIAE. OPTIMI

KAL. APRILIS. clo Idcc xxxiii
E. QVIPPE. EMORTVALI
ONE. PANEGYRICO
AVDITA. POST. MERID. H. II
GYMN. FRIEDER. AVDITORIO. RECOLENDAM
INDICIT

CENATES. SVMOS
S. GYMNASII. GRAVISSIMOS
I. SCHOLASTICAE. EXOPTATISSIMOS
ETVOSISSIMI. DIEI. INTERESSE. VELINT

DEMISSE. OBSERVANTERQVE
ROGITAT
D. GOTFRIDVS. MOERLINVS
L. GYMN. FRIEDER. DIRECTOR

ALTENBURGI

LITTERIS. IOANNIS. LVDOVICI. RICHTERI. TYPOGR. AVL



1,898